

B. C. D.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA

DE

ACTIONIBUS  
ILLICITIS  
SED  
CONCESSIS;

Quam

Suffragante Ampliss. Facult. Philos. in Regia  
Academia Aboënsi

PRÆSIDE,

MAG. CAROLO  
MESTERTON

Log. & Metaph. PROFESSORE Reg. & Ordin.  
Publico bonorum examini offert,

PETRUS LINDFORS,

BORGIA-NYLANDUS.

In auditorio Acad. Aboënsi, maximo  
ad diem XIII. Junii H. A. M. S. MDCCCL.

---

ABOÆ,

Excud. JOH. KÆMPE, Reg. Acad. Typogr.

S:æ R:æ M:tis  
MAGNÆ FIDEI VIRO  
Reverendissimo Patri ac Domino  
**DOMINI JOHANNI  
NYLANDRO,**

Inclitæ Dœceles Eorgoënsis Episcopo eminentissimo;  
venerandi consistori Praesidi longe gravissimo, Gy-  
mnasi Scholarumque ibidem Ephoro adcuratissimo  
MÆCENATI SUMMO.

**A**llardiae notam, Maecenas Summe, haud evitare pos-  
sum, cum levissimo huic tentamini Academico Re-  
verendissimum Tuum Nomen praesigere suffineam. Propria-  
tamen luce destitutum iuvenitem hunc laborem, sinas Rev.  
Pater a fulgidissimo Nomine Tuo splendorem fœnerari. Et,  
ut me, a primis incunabulis solidissima Tua beatum infor-  
matione, singulari amplexus es favore, ita eandem gra-  
tiam Tuam in posterum mihi humillime exopto. Interim  
pro pcrenni Tuo, Maecenas Sun me flore & incolumente  
dota fundere calidissima nunquam desistet.

REVERENDISSIMI NOMINIS TUI

enior deotissimus

PETRUS LINDFORS.

Kongl. Maj:ts  
Troman Major vice Lands-Höfdinge  
Samt

Riddaren af Kongl. Maj:ts Sverds Orden  
Hægwælborne Herr Baron

# CARL JOHAN CREUTZ,

**E**dra, Nådige Herre, det almänta nog kendbara Tienster, som äro både så många och stora, at alla dessa blad icke wore tilräckliga dem upräkna: och des utom emot mig å dagatagde priswerda welgierningar äro de samma som nu befalla mig, ett så bögt namn, uti detta omogna lerdoms yrcke, med nådigt lof insätta; då detta ringa arbete under ett så stort skydd skat våga at treda fär de lerdas åsyn. Tilsted Nådige Herre, detta ringa prof, med wärdnad få tala om den ärkensta jag är Eder skyldig. At Hægwælborne Herr Majoren vice Lands-Höfdingen samt Riddaren må, i all beständig selhet lange lefwa, skal vara dens innerliga begär som til loftet ønskar få kallas

Hægwælborne Herr Majorens vice Lands Höfdingens och Riddarens

a'dra ædmukaſte Tienare  
PET. LINDFORS.

VIRO Maxime Reverendo atque Praeclarissimo,

D:NO JOHANNI  
HABERMAN,

Ecclesiarum qvæ in Pärno & Sævtræsk colliguntur  
Pastori & Praeposito longe dignissimo, omni animi reve-  
rentia ad cineres usqve suspiciendo.

Hane levidensem opellam ob innumera nullo non tempore sfo-  
bi praeflita beneficia, pia mente offert, dat, dedicat  
Maxime Rev. Nominis ejus  
indefessus cultor  
P. LINDFORS.

Herren Borgmæftaren  
Ædel och Hægachtad Herr

JACOB FORSELL,  
I Stapel-Staden Degerby

Utom de i atten fæstade blods band, ero Edra welgiernin-  
gar, som emot min Faders huus och mig i synnerhet icke  
varist få och ringa, nog kraftiga wedermelen af Eder gunst och  
bewägenhet, och tillika fullkomliga ammen før min ædmiukaste  
wördnad, hviken jag icke i en rum aldenast, utan alment will  
å dagaleggas. Ty vågar jag detta lerespän til bewis af ta:ksamt  
finne Eder upoffra. Skatta, Hægachtade Herre, detta icke  
after des werde, som är intet, utan after wiljan som sig welme-  
nande, fast mycket matt och orcklös yttrar Edar bestendiga wel-  
gång och salhet i all Er lefnads tid skall sysselsetta min innerlæ-  
ga ænskan så länge jag kallas

Hægachtade Herr Borgmæftarens  
ædmiukaste Treenare  
P. LINDFORS.

Til

# Min Högtårade käre Fader

**M**är jag i ett tyft och årfänsame  
hjerta betrachtar den obeskrif-  
weliga ömhet och lofsvård a  
omtancka / I min käre Fader / an-  
vänt / at draga mig utur det stånd  
hvar til mig ätten dömdé / til framsteg  
i Wett och stickelighet / så finner jag  
icke nog ord hvarmed jag mitt wörds-  
samma sinnes slut uptäcka skall. Edar  
kärlek har gådt så långt för mitt väl  
och salhets besodran / at den ej allenast  
utblettat Edart ringa förråd / utan ock  
förszagat Edra til gräfven lutande  
krops krafter. Til ocmotsäjeligt we-  
dermåle af min diupa årfänsla upoffrar  
jag

jag Eder / min käre Fader detta omoga-  
na arbete / Det I med wanlig kärlek  
anse täcktes. Hwad i ord icke kan ut-  
tryckas skal en undergivnen barnslig  
wilja fulgiöra / samt ett innerligt be-  
går til Gud / han wille bekröna Eder  
ålderdom med all sielf önskelig ande-  
lig och likamlig fälhet.

Min käre Faders

Lydigste Son

PETRUS LINDFORS,



§. L

**U**T corpora in centrum; ferrum in magnetem propendent; ita hominum actiones in finem, licet non omnes in unum, cumque bonum feruntur. Perpellitur enim alter ad varia feren-  
da incommoda periculaque, ut magnam nominis glo-  
riam sortiatur; magnam ut divitiarum sibi colligat al-  
ter copiam, varia fert naufragia nec prærupti aquæ  
montes eum terrent. Reipublicæ vero felicitas & in-  
crementum per paucis curæ cordique est. Nostrum nunc  
non est, nec instituti permittit ratio actionum huma-  
narum a vero justoque fine deviantium calculum insti-  
tuere, licet insimul operam hanc quam maxime uti-  
lem futuram speramus, si quis simulacra illa felicitatis  
quæ mortalium vanus sensus & in varia abeuntes sen-  
tentiae tot fixerunt accurate depingeret, omniumque  
oculis susteret, sic certe scopolis in quos antea plurimi  
naufragia facerunt bene notatis, a jacturæ periculo i-  
ter tutius redderetur. Sufficiat enim nobis, quasdam  
tantum allegare deflectiones quibus evictum ire possu-  
mus, dari vitia in republica quibus ipsa impar est. Ho-  
mines, licet saepissime auspicio summi imperantis bona  
faciendi bonis, mala vero fugiendi fortissimis cogan-

A

tur

tur motivis, feruntur tamen mala sua inclinatione in prohibita quæcunq; potius, quam licita, sine ullo aut non multo intellectus judicio, aut mentis actu de moralitate actionum, qui ex lege determinat, quid facio endum quid omittendum. Non tamen imus inficias, homines saepe numero ob hebetudinem intellectus non posse perspicere, qvomodo illorum actiones per occultum influxum rem publicam tangere queant, & qvum supra ipsorum conditionem est, examen instituere, utrum in minimis ac in maximis actionum directio- nem principi necessarium habeant committere. Hinc e- venit, ut malitia cum suis obrepatur commilitonibus, vitiis: sub larvis virtutum incautos fallentibus. Qva- re Seneca: vitia nobis sub virtutum nomine obre- punt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet, moderatio vo- catur ignavia. Pro cauto enim datus accipitur; in his magno periculo erramus.

Non tamen facimus cum iis, qui statuunt volun- tatis eligendi causas necessitatem adpetitui efferre, o- mnemque causam cum effectu necessarium habere ne- xum. Determinatum nexum concedimus, non vero necessarium. Quid enim absurdius esset, quam dicere omnibus actionibus necessitatem inesse absolutam, cum tamen eas modo esse modo non esse, modo sic modo aliter experimur. Quo ipso maximum fedifragi homi- nes haberent asylum, omniqe principis sanctioni pœ- nali exempti essent, qvod tam inditæ libertatis, quam summi imperantis notioni, cui in omnes civium a- ctiones, quæ non contrariantur obligationi qua Deo obligamur, jus competit, quam maxime est adversum. Tantum abest, ut statuamus impossibile esse illicitas punire actiones; ut potius difficile saltem hoc opus esse

esse afferamus, cumqve saepius circumstantiae qvibus involuta jacent actionum & indoles & consectaria ægre diluciantur non paucæ actiones concessæ audiunt, qvamvis legi repugnant.

§. II.

**M**Alum passionis qvod invito infligitur, præsupponit malum actionis vel omissionis, h. e. delictum, Cujus nexus cum lege, vel discrepantiam ab eadem districte sibi repræsentare debet imperans, cui securitas publica ita injuncta est, ut ante omnia remedium afferrat malis, a qvibus civitati directe vel indirecte damnum nassi queat; cum plebs haud aliter ad officium redigi & non pudore a pravis sed terrore abstineri queat, si nimiæ ejus licentiaæ mature occurrat. Qvod Romulum observasse constat, de qvo Dionysius Halicarnassus, L. II. probe tamen observandum, ne omnis suspicio, jus præbeat suspectum puniendi, debent insuper esse rationes probantes.

§. III.

**C**Um imperans, penes qvem jus est, exigat pœnam tam læsi propter qvam aliorum civium utilitatem; jus ipsius punitivum, ad actiones se extendere neqvit, qvæ intra animum versantur, licet pravæ sint: ut cogitatio delectabilis de peccato, cupiditas &c. qvamvis etiam casu aliquo ad notitiam aliorum si perveniant, modo non in actus externos erumpunt, nec civitati nec ulli civium damni qvid inferant. Non tamen existimandum, ejusmodi actiones omnem in foro humano semper effugere pœnam. Nam si qvis alienæ editus fuerit religioni, pœna exigi neqvit, qvum vi & mandatis, non sedula accidente institutione, animum

ad assentum cogere sit velle imperare intellectui, qui leges quas veras non agnoscit, non audit. Ubi ergo jurisdictio religionis non adest, ibi quoque nulla puniendi potestas; sed injuriæ in Deum, eundem solum judicem agnoscunt, qui ad cognoscendum est perspicillissimus, ad expendendum æquissimus & ad vindicandum potentissimus.

S. IV.

**Q**uam egregios in societate firmando usus & effectus, officia humanitatis æque ac caritatis, licet juris perfecti non sint, præstant, videbit quivis qui ad non aliam magis quam æqui & honesti considerationem, cogitationes suas sustulerit, modo ea quæ publice & privatim salutaria essent, adfectaverit. Nam inter modulamina & prona aspirantium virtutum obsequia, recto cursu ad scopum feruntur homines in quo assidua viget securitas, constans fulget voluptas; comprobat hoc ipsum universa virtutum corona & alia multa egregiæ vitae specimina, quæ ex antiquorum virtutis & felicitatis simulacris luculenter cernuntur. Verum imaginibus hisce spectandis non diu si immoremur, sed penetremus interius, longa serie sanctioris Deoque magis placentis virtutis ac felicitatis compendia stiparunt veræ virtutis cultores, qui oculorum & ingenii aciei contemplandos divinis in literis se præbent. Ast fatendum: virtutem uno tantum volatu arripi non posse, sed multo crebroque cursu eandem adsequi debet homo. Idque eomagis, quum vitiis animi ex communi corruptione emanantibus laborant mortales, ut ab omni omnino peccato semper abstinere supra humanam conditionem sit. Hinc abunde liquet, magistrati opera præmium non esse, si minorissimas

&

3

& inevitabiles naturæ labes omnimode exterminare vellet, e. g. avaritia, inhumanitas, ingratus animus, hypocrisia, invidia, iracundia & quæ plura.

S. V.

**Q**uid multis? ad experientiam si provocare licet, Philautiam ejusque progeniem ambitionem per totum orbem tam late diffusas experimur, ut plurima pars hominum, fastu quasi intumeat, laudesque suas cupidissime prædicari audiat. Unde sæpe in bonarum artium & virtutum studio decurrentes ita retardantur, ut ad vitiati genii sensum ruant homines, quo sua quævis trahit cupido; ut noceant, qui prodesse publico deberent. Quam vitium pœnisque noxium id ipsum in se est, præconceptarum tamen opinionum præsidio & simulatione virtutis, ad extenuandam naturæ labem se seplerunt homines, ut quicquid moliantur singulis factis propria assignent integumenta. Hinc non mirum, vocem ambitionis varie a variis sumi. Sunt qui eos ambitionorum nomine distingunt, qui honoris & dignitatis natus avidissimi ambiunt, ad quod gerendum necessariis ingeni & scientiæ præsidiis sunt destituti. Alii pravam altos quocunque modo antecellendi studium, & superbiam insinul tangvam speciem generi subiectam, hac voce adnotare voluerunt; ut Casaubanus; *Superbiam circa res parvas versantem ineptam ambitionem*, cui duo inesse mala monet: vanam de sua præstantia opinionem & despectum aliorum. Alii iterum ambitionem meliorem in partem interpretari & virtutis nomine insignire amant; dum honorem non per vim, dolum, munera, malas artes, nec gloriam per se quis ambit, sed ut testimonium actionum suarum, item ut fontem ex quo derivanda est actio, eandem affectat homo.

homo. Sed longè eorum sententiam a nostra ad quam conformari debet deflectere, haud obscuris argumentis ipsa indicat ratio. Sapientia generatim spectata proprium est, cui libet actioni certum adjicere finem, ad quem omnibus viribus contendat. Uti enim omnium actionum primarius finis gloria summi Numinis est; ad hanc amplificandam omnes animi corporisque motus primario sunt adhibendi: a quo si quis deflexerit, ad aueupandos honores explendumque properiae laudis desiderium, a vero virtutis studio est alienus, vitia & vanitatem non virtutem consecutari, censendus est. Quare non sine causa, nonnulli contendunt, huic vitio induculo nexu conjuncta esse infinita alia, quae æque penitus majora sunt in civitate. Nam inordinatae ambitioni dediti, usque ad ultimum vitae articulum laudis & gloriae agitantur stimulis, illatas injurias vindicandi cupidio non facile animo evelli potest, sed ad easdem remittendas ægre commoveri potest animus. Unde liquidum est, erroris notam haud effugere doctores, qui vitium hocce tanquam optimum industriae incitamentum tantopere commendant. Tantum abest, ut ambitionem nisi accurato rationis judicio submittatur & instar finis secundarii utatur, virtutum in numerum mitamus, ut potius virtutum ex circulo proscribamus eum Bernhardo, qui commentando hanc in sententiam inquit: ambitio subtile est malum, secretum virus, pestis occulta, dolis artifex, mater hypocrisis, livoris parens, virtiorum origo, rinea sanctitatis, excæcatrix cordium, ex remedii morbos creans, ex medicina languorem generans.

### §. VI.

**L**icit ii ipsi, qui ad actionem, qua Iesus fuit alter, aliquid re ipsa contulerunt, penam haud evitare

7

vitare queant; qui vero non, ut actio committeretur,  
antecedenter efficiunt, nec in partem lucri ex actione  
fluentis veniunt, sed alienis tantum malis latitiae  
afficiuntur, patratum malum laudant, antequam siat  
optant, peccato quidem obstringuntur, ad poenam ta-  
men non tenentur. Eadem eorum est conditio, qui  
officia juris imperfecti neglexerunt; ita & actiones ex  
ignorantia inevitabiliter ortae, violentae, & vires super-  
gressae non imputantur. Unius ejusdemque facinoris si  
plures participes fuerint, quilibet tenetur in solidum,  
si omnes simul deprehendantur actu individuo, ubi  
intelligi nequit, pro qua parte quisque damnum dedit;  
sed uno saltu praesente ad solvendum obstringitur ille,  
& si solverit solidum, reliqui liberantur quidem, non  
autem a poena. Nam multiplex est obligatio respectu  
poenae, & unusquisque seorsim obligatur.

S. VII.

**S**ummum jus in republica, quod etiam vita & ne-  
cisis est arbitrium, in favorem & salutem innocentium  
constitutum supplicium capitale ad tollendum ma-  
lum e civitate, de peccantibus sumere quidem potest  
& debet, si minor non sufficiat poena; unde tamen  
aliqua non infertur necessitas pena absoluta, quin cer-  
tis in casibus rigor legis intermittatur, & jus potius  
privato concedatur aggressorem salva conscientia laeden-  
di & urgente necessitate de medio tollendi, quum lex  
separando auxilium tam promte ac debet adferre ne-  
quit. Sic etiam quandoque veniae locus esse debet,  
quamvis delicta apta sint, ut in foro humano punian-  
tur; si nimis subtilis ratio praeponens, ut citra maius  
civitatis detrimentum tolli nequeant, & poena non in-  
se & sua natura sit inconcessibilis, qualis est poena  
homi-

homicidii, nimia licentia & immodico affectu patrati.  
Neque insolitum est, ob multitudinem delinquentium,  
ut & ob impotentiam rationis distincte sibi repræsen-  
tandi moralitatem actionis, mitigari pœnam.

Maxima delinquentis majorumque ejus in republica  
merita non raro efficiunt, ut pœna ad rigorem legis  
non irrogetur, si scilicet crimen non admodum sit grave.

#### §. VIII.

**P**OENA eum delicto proportionata esse debeat, idem  
rigor in civitate non semper est exercendus; sed  
cessantibus circumstantiæ rationibus & decrecente deli-  
cto, cessat & decrecet pœna. Unde prono alveo fluit,  
magistratum inferiorem, cuius ex officio est applicare  
actionis conjectaria ad auctorem facti, necessario debe-  
re habitu pollere nexus actionem inter & legem per-  
spiciendi, æque ac ipse princeps ut in §. II. cuius vi-  
cem subit, si alias mala accurate cum respectu ad  
patientes, tum ad ipsa delicta temperare potuerit.  
Nam non idem malum omnes æqualiter onerare pot-  
est, quod uni leve, alteri est grave. Dantur etiam  
non nunquam causas, in quibus si fieri salva lege pos-  
sit, benigniorem ad loquendum, quam ad condemnandum,  
præbtere debet se magistratus; cum non raro  
evenit, ut actionis participes præsumantur, qui re i-  
psa participes non sunt; adeoque in partem delicti  
jure meritoque non venire, nec in partem pœnæ  
teneri debent. Cum omnis aptitudo ad pœnam ex  
delicto ortum ducat, cuius ratio in cuiusque volun-  
tate est querenda, quæ male agere non potest, nisi  
ad id ipsum intrinsecice determinatur. Hinc tamen evi-  
ctum ire non possumus, quin summus imperans pro  
arbitrio vel accuere vel mitigare queat pœnam, §. ant.  
nec

nec imus inficias quasdam actiones duriorem requirere  
poenam, quam proportionate esset, si alias erint occur-  
rētā. § IX.

**Q**uod finis civitatis, omnibus ac singulis, prae primis  
curæ cordique esse debeat, nemo est qui nescit:  
quapropter omnia quæcunque quis potest, ad ejus non  
modo qualemque commoditatem verum etiam ad o-  
mnin odam perfectionem promovendam, ut conferat, e-  
andemque privatæ anteferat, uniuscujusque ex officio est.  
At si omnem, omnium ordinum, vitæ rationem judicio  
subiicere liceret, vix ac ne vix obsecure reperirentur cives,  
qui non modo non debita, sed perversa & perniciosa in  
obscuro praestant officia: & maxime nocent cum prodele  
oportent: ut qui seditionis ansam altis praebent, qui im-  
morigero, vel certe alieno in rem publicam animo elan-  
destine nova aripiunt molimina, pestilentissimas agitant  
conventiones, infirmam multitudinem ad mala quævis ca-  
pienda consilia stimulant, ita culpa atrocissima haud va-  
cant. Excusatiū mala perpetrant, qui perverse lecum in-  
vicem magis, quam cum civitate ipsa colliduntur, quor-  
um varia tendunt, quæ quotidiana in vita obrepunt vi-  
tia, quibus alii imperfectiores redduntur & defraudantur.  
Quæ omnia impia & a justitia alienissima sunt.

§ X.

**Q**uid ulterius, de tam prolixa & perplexa vitiorum se-  
rie inquiramus? cum quoquo nostros mittamus oculos, stupenda & vires intellectus longe superantia obveni-  
unt mala. Missis reliquis vitæ generibus, quorum stupen-  
da est multitudo, ad vitia paucis detegenda, quibus icho-  
la impar, sub fine pagellæ, nos accingimus. Scholæ li-  
cet sint honestatis officinæ, elegantiarum sedes, musa-  
rum augustissima sacraria, & morum formatrices, quibus  
vitia adscribi non deberent; ex iis tamen omnis vitiati  
genii formido plane non exulat. Nam cum præceptores  
quantum in illis est, vitiis obviā cōtant, variisque mo-

dis eorum deformitatem detegant virtutem contra; qvæ juvenes exdrnat, dignis extollant laudibus, suum potius qvam magistri judicium in omni discendi ratione seqvuntur juvenes, salutaria contemnunt consilia, & nimis frati propriis viribus, qvas non latissimorunt, a præmonstrato itinere, curiositatis obscuros in anfractus incident, ex qvibus non nisi insigni temporis dispendio tandem eluctantur. Nihil minus dignum est eo, qvi se doctrinæ & virtuti addictum fatetur, qvam vulgi implicari erroribus, qvos tamen evitare non semper amant scholares, sed cum voluptatibus, ambulationibus intempestivis, indulgent, non meminerint, iis oblectamentorum generibus, qvæ aliquid turpitudinis in se continent non esse utendum. Unde mirum non est, eorum animos veræ pietatis præsidiis non satis munitos, qvæ non raro desiderantur in discipulis, in diversa distrahi, ut non nisi ægre ad studia redeant, dum mens deliciarum gustu ægra manet. Hinc est, dum præpostero ordine ad tempus veniunt, non attendunt ad ea qvæ proponuntur, qvæq; præcepta explicantur, euræ ipsis non sunt, nescientes qvam graviter peccant & erga legem humanitatis non leve admittunt crimen. Qapropter triste est exemplum Galeatii Sfortiæ, Duciis Mediolanensis, qvi tot verbera Nicolaomontano præceptorí suo infligenda curaverit, qvot ipse in juventute ab eo acceperat. Vitia hæc & infinita alia, non tam semper & primario ipsis præceptoribus, qvam locorum illecebris, & qva majorem partem perversæ liberorum educationi adscribenda veniant, necesse est. Prolixus sane eslet labor, & integrum requireret tractationem, si omnia vitiorum genera scholis majora, oculorum aciei subiecere vellemus, viresq; sane prius, qvam matraria desicerent. Fatendum quidem est cum M. Dan. Fridr. Janc. qvi dicit; *vitia erunt donec homines, nec seculum tam fortunatum erit unquam, ut e civitatibus, quicquid ibi anima avertitur flagitiis, penitus proscriptatur.*